



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Quantum certatum vt fieret Episcopus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Quod autem potest maius ex te in Ecclesiam Dei meritum proficisci, quam si gubernacula hæc capeffas, coniunctisq; viribus cum societatis tuæ Patribus ad Prouinciarum harum custodiam excubes? Tamenim & Concionatorum prompta copia aderit: & priuata, quæcumq; memorabas, subsidia, supraq; ea, etiam, vbi res postulabit, honoris autoritas, & potestatis robur. Nec verò, si vel Apostolus sis, longius, latiusq; circumferre tuam operam cupias. Nam quod in hac Imperij sede, & arce promoueris, in totum redündat Imperium. Age igitur necessariam hanc subi seruitutem lubens: voluntarium Deo fac holocaustum: ne coges nos summa potestate vti. Altercari Canisius noluit, sed paucis, ac virilibus verbis iterum contestatus, non quæuis à quolibet Deum exposcere: nec omnia consilia re ita succedere, vti specie, & cogitatione blandiuntur: neque tam metuendas quietæ humilitatis, quam honoratæ caritatis insidias, congressum finiuit. Haud dissimile mox cum Rege ipso certamen, nec dispar exitus fuit. At Martinengus eodem ardore literas ad beatum Ignatium exarat, per viscera misericordiæ Christi Iesu obsecrans, & obtestans, Canisium ipse com-

L

pelle-

*Quantum
certatum ut
fieret Episco-
pus.*

pelleret, adduceretq; ad suscipiendam curam m
 ferrimi eius Gregis, qui vndiq; circumfessus à lu
 pis in vltimo agitaret discrimine: nec quicquam
 propius esset, quam vt foedè laniaretur, ac penit
 voraretur. Igitur, vti poterat, ipse succurreret, n
 forte si reiiceretur defensio, ad quam Canisius d
 uinitus vocabatur, ante tribunal Christi, & ille,
 ipse Ignatius rei fierent: totq; animarum iactur
 atq; æterna pernicies illorum de manibus requi
 reretur. Se, quo minore cum strepitu negotium
 fieret, noluisse ante Ignatij responsum, cum spe
 raret per se se pacatè rem tam iustam, Deoq; glo
 riosam, & Ecclesiæ salutarem, effecturum, summi
 Pontificis imperium interponi. Ita conuenisse c
 Rege Ferdinando, cuius item auctoritatem Cani
 sius in ea re vilem habuisset. Nihil acriter minus
 pro se scripsit Canisius, vehementer affirmans,
 quid contra ac vellet, eueniret, pro certo se Deum
 peccatis suis velut implacabiliter iratum tota vi
 ta reformidaturum. Et Ioanni Polanco, qui ab E
 pistolis Ignatio erat, septem spondit sacrificia
 in honorem sanctissimi Spiritus, cum primum
 nuntiaret incepta illa discussa, & cum turbinem
 præteruectum.

*Quam ille
 formidaret
 sacros hono
 res.*